d g l notus, ergo angulus 3 g b est notus, & unūquodq; duoꝝ laterū 3 g, g b trianguli 3 g b est notum, ergo angulus 3 b g est notus, ergo & angulus 3 b a est notus, & iste angulus est æqualis semper longitudini medij solis à puncto longitudinis longioris, ergo longitudo medij solis à puncto a est nota, & similiter locus eius uerus iterū, & longitudo stellæ à puncto a nota, ergo longitudo eius à loco solis uero iterū est nota. completa est eius declaratio. In stella autē mercurij reiterabo formā secundū dispositionē suam, præter q̄ ponam punctū g centrū motus æqualis, & punctū b centrū reuoluens deferentē, & sit orbis deferens circulus q o f circa centrū m, qm̄ indigemus in inuentione quantitatis anguli a g 3 ex angulo a d t, qñ est datus singulariter cognitione quantitatis lōgitudinis centri orbis reuolutionis ab uno centroꝝ triū, scilicet centro reuoluente deferentē, & centro motus æq̄lis, & centro orbis signoꝝ, & illud nō scimus nisi ita, ut sciamus quantitatē anguli a g 3, tūc propter illud, nō qñ ponitur singulariter cursus huius stellæ uerus ex orbe signoꝝ, est cursus eius medius notus. Et qñ ponit cursus eius medius, scilicet angulus a g 3, tunc cursus eius uerus est notus, ergo propter illud est necesse in cognitione quantitatis maioris longitudinis eius à sole in loco singulariter posito orbis signoꝝ, ut ponamus duo puncta orbis signoꝝ nota, ita, ut qñ est medius solis in eis utrisq;, sint duo loca stellæ in duabus longitudinibus suis maioribus à sole propinqua puncto posito, quoꝝ unum sit transiens ipsum, & alterū minoratum ab eo. Inueniā ergo per ꝓportionē superfluitatū inter duas lōgitudines maiores quantitatē longitudinis maioris stellæ, qñ est in puncto dato orbis signoꝝ secundum hunc modū. Sit ergo orbis signoꝝ circulus a l r circa centrū d, & sit punctū positū in quo uolo scire maiorē longitudinē stellæ punctū l, & continuabo lineam d l, erit ergo angulus a d l notus, & erit angulus a d s notus, & punctū s punctū super q̄d cum fuerit medius solis erit stella in longitudine sua maiore propinqua puncto l, aut pertransiens ipsum, aut diminutū ab eo. Sit itaq; in primis diminutū ab eo, & cōtinuabo lineas m 3, m g, d 3, & qm̄ angulus a d s est notus, & est æqualis angulo a b m, ergo trianguli b m g angulus b est notus, & unūquodq; duoꝝ laterum eius b m, b g est notum per quantitatē qua est linea m 3, quæ est medietas diametri deferentis 60. Est ergo latus m g notū per illam quantitatem, & unusquisq; duoꝝ angulorū reliquoꝝ notus, ergo angulus m g 3 trianguli m g 3 est notus, & unūquodq; duorum laterū m g, m 3 est notū, ergo latus g 3 est notum per quantitatem qua est medietas diametri deferentis 60. propterea q̄ trianguli d g 3 unūquodq; duorum laterū g 3, g d est notum, & angulus d g 3 eius est notus, est latus d 3 eius notū, & angulus eius a d 3 notus. Et propterea q̄ triāguli d 3 t angulus t est notus, qm̄ ipse est rectus, & unūquodq; duorū laterū eius 3 t, 3 d est notum, est angulus eius 3 d t notus, ergo angulus a d t totus est notus. Cū ergo fuerit cursus solis medius angulus a d s positus singulariter, erit locus stellæ de orbe signoꝝ in longitudine sua maiore à medio solis notus, & propter illud erit longitudo eius maior à sole nota, ergo angulus t d l est notus, & est angulus quo minuitur stella à puncto l posito singulariter. Et similiter ponamus iterū angulū a d k notum, & est angulus cursus medij solis, à quo est stella in longitudine sua maiore ꝓpinqua puncto l posito singulariter de orbe signoꝝ, & pertransiēs ipsum, & sit stella in illa longitudine super punctū e, & ostendā sicut præmissum est quantitatem anguli a d s, ergo erit longitudo stellæ maior à sole nota, & angulus e d l notus, & est ille, quo stella pertransiens punctum l positum singulariter. Cum ergo nos acceperimus ex superfluitate, quæ est inter duas longitudines stellæ maiores à sole, qñ est super punctum t, & similiter punctum e, q̄d sit æquale proportioni anguli t d l ad angulum t d e, tunc si fuerit longitudo in puncto t minor longitudine in puncto e, addemus super ipsam illam partem, & si fuerit maior, minuemus eam ab ipsa, ergo erit illud secundū propinquitatem quantitatis longitudinis maioris stellæ, qñ est super punctum l positum singulariter, completa est eius declaratio.